

tur hæredi agnato, fratri, & cognato, intra quos molestia in iudicio affici nequit, Rim. jun. consilio 179. per totum, Gratian. disceptat. 18. numero quinquagesimo-tertio, & controvers. 243. num. 6. 15. & 16. Nig. de execut. rei iudic. cap. 6. §. 7. numero vigesimo-nono, Gutierrez de juram. part. 2. cap. 4. num. 18. Caren. resol. 86. num. 3. 4. & per totum, Carul. silv. term. arb. 14. nu. 14. per totum, & exornat Autho- rith hic num. 9.

CAPUT XXIX.

SUMMARIUM.

- 1 Hæres pendente inventarii confectione tenetur ad legata alimentorum & similia.
- 2 Inventarii exceptio in iudicio manutentionis non attenditur.
- 3 Argumentum ab alimentis ad studium in materia legatorum sustinetur.
- 4 Studii causa privilegii pie gaudet. Sed declarata ut numer. 5. Dicitur favorabilis numero 6.
- 7 Legatum ex causa studii latam recipit interpretationem ex causa studii legatario debetur postquam est habilis ad studendum numer. 9. Ex causa studii non expresso tempore per decennium debetur numer. 10.
- 8 Feriis non obstantibus in causa studii summarie proceditur.

Hæreditate adhuc non adita, seu adita, & pendente Inventarii confectione hæres vel hæreditas ipsa alimentorum + legata in pios usus destinata, ac in pluribus aliis causis solvere obstringitur, quos recensent, Thomas. de Inventar. tract. 7. tit. 13. cap. 5. Leoncill. de privileg. pauper. 172. num. 2. & sequentibus, & decis. 133. num. 3. & 4. ubi ampliatur si hæres jam in possessione reperiretur, Gratian. disceptat. 62. numero 23. & disceptat. 236. num. 52. & optime notatur hic ab Auctore numer. 1. Joan. Franc. Andr. controvers. 198. numero 2. Buratt. decis. 144. numero undecimo, & decis. 395. sub numero primo, vers. Aded ut, Capell. Tholo- san. quest. 89. Franc. decis. 446. parte prima, Barbof. de univers. Jur. Eccles. libro 3. cap. 27. numero 82. Virgil. de legitim. pers. cap. 20. sub numero 59. versic. Fallit tamen, & sequentibus, Carul. in silv. termin. arb. 15. numero 49. & 51. Baldax. de Angel. ad Gizzarel. decis. septuagesima- sexta, numero 9. Hodiern. ad Sord. decis. 323. num. 10. Sicuti inventarium, nec impedit quominus existenti in possessione, seu quasi exigen- di census concedatur manutentio + contra hæ- redem cui in hoc non suffragatur exceptio In- ventarii, Rot. post tractat. Cenc. de cens. decis. 55. num. 10. & decis. 231. num. 5. Post. de manuten. observat. 56. num. 9.

Hinc ergo cum legatum ex causa studii ali- mentorum legato æquiparetur, + & ab uno ad aliud valeat argumentum, lege prima, ibi, in alendo eo vel forte ad descendendum, Cod. de infant. exposit. l. de bonis 6. §. non solum, ff. de Carbon. edict. l. qui filium 4. ff. ubi pupill. educ. deb. Decian. consilio decimo-quarto, numero decimo-quarto, libro primo, Simoncell. de decret. lib. 3. titul. 8. inspect. 15. numero 112. Guilhelm. Ant. de ref-

cript. & morat. conclus. 42. numero 11. Quinimo causa studii + pie privilegii gaudet, secun- dum opinionem multorum, de quibus apud Bar- bos. de univers. Jur. Eccles. libro tertio, cap. 27. numero 29. Mar. Anton. variar. resolut. 6. nu- mero quarto, libro primo, Gratian. dicta discep- tat. forens. 62. num. 3. & 4. Rim. jun. consil. 117. numero 13. Gratian. consil. 142. num. 9. libro 2. ubi se restringit ad studium Theologiæ, Mo- net. de commutat. ultim. voluntat. cap. 4. nu. 45. Ciardin. contrav. 5. num. 45. Guilhelm. Anthon. de rescript. & morat. d. concl. 42. num. 15. No- var. de elect. forens. quest. 15. num. 8. & 9. Præ- citati Doctores videntur requirere, quod ultra causam studii legatum conferatur in pauperem + & simpliciter loquendo causam studii piam minimè dici admittit, Spad. consil. 289. num. 33. lib. 3. Rot. in Calaritana Juris Visitandi vigesimo- primo Maii millesimo sexcentesimo quadragesimo- nono, num. 3. Corrado.

In eo tamen conveniunt omnes causam stu- dii + si non principaliter, saltem per posterius favorabilem esse Auth. habita Cod. ne fil. pro patr. lege prima, Codice de stud. lib. §. fin. in proem. institut. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 14. numero primo, Intugl. de substitut. cent. 3. quest. 73. numero 400. Spad. dicto cons. 289. num. 33. lib. 3. Decian. resp. 38. num. 5. lib. 2. Guilhelm. Anthon. de rescript. & morat. conclus. 42. num. 2. Unde quidquid sit an pendente inventarii con- fectione efficaciter legatum ex causa studii + præ- tendi possit, sanè pro eo tanquam favorabili la- ta debet sumi interpretatio, Raudens. consil. 26. num. 52. lib. 2. Spad. dicto cons. 289. numero 6. & 31. lib. 3. Guilhelm. Anthon. de rescript. & morat. dicta conclus. 42. Aded ut in causa le- gati in causam studii summarie + ac feriis non obstantibus procedatur, Barbof. in leg. 1. part. 7. numero 58. in princip. ff. soluto matrimonio. Scacc. de Judic. lib. 2. cap. 5. numero 54. Guil- helm. Anth. de rescript. & morat. dicta conclus. 42. numero 24. & 26. ubi quod nec detur ap- pellatio in huiusmodi causa ex Scac. de appel- lat. quest. 17. limit. 7. num. 13.

Tempus verò petendi legatum, seu dies tunc cedere dicitur, quando legatarius effectus est talis, + qui communi hominum opinione pos- sit dare operam studiis, l. nec semel 12. §. si in habitatione, ff. quando dies legat. ced. Me- noch. de præsumpt. 199. sub numero 29. versic. Est etiam exemplum lib. 4. Gratian. discept. 254. numero 35. Bald. cons. 284. numero 3. & 4. lib. 2. Spad. d. cons. 289. numero 13. libr. 3. Joan. Carol. Anton. de tempor. legal. lib. 4. ca- pite 16. num. 23.

Si autem Testator in legato ex causa Studii seu Doctoratus relicto tempus + non expres- serit, minus decennio legatum præstari non debet, Cephal. cons. 232. numero 2. & seq. Joan. Carol. Anton. de tempor. legal. lib. 4. cap. 16. numero 24. Verum quod quinquen- nium pro Doctoratu sufficiat post Bald. d. cons. 284. in fine, lib. 2. animadvertit, Gratian. d. contrav. 254. sub numero 48. versic. Saltem per quinquennium.

CAPUT

CAPUT XXX.

SUMMARIUM.

- 1 Inventarium ab uno hærede confectionum aliis non prodest.
- 2 Hæres sine inventario tenetur erga creditores hereditarios ultra vires hereditatis, etiam de Jure Canonico. Limita in foro conscientia numero 3. Si sunt plures non tenetur ultra quotam licet teneatur ultra quantitatem quotæ numero 4. Fallit ut numero 5. Non tenetur ultra vires hereditatis si aliunde probet statum hæreditatis numero 6. Obligans se in solidum erga creditores hereditatis non gravatur ultra vires numero 7. Et quid operetur talis obligatio numero 8.
- 9 Minori ob non confectionem Inventarium datur restitutio in integrum, Quæ cohæredi majori non suffragatur numero 10. Sed contra numero 11.
- 12 Restitutio in integrum non competit majori ad confectionem inventarium, ex eo quod ingens æs alienum detectum fuerit. Sed contrarium numero 13.

Nil peculiare habent legata pro alimentis, seu in pias causas relicta adversus hære- dem beneficiatam, quia ultra vires hereditatis non tenetur, sicuti non conficiens inventarium supra vires hereditatis ea solvere cogitur, quem- admodum animadvertit Auctor hic à nu. 1. ad 4. optime subjungens num. 4. quod si plures adint hæredes inventarium + ab uno confectionum aliis non suffragatur, ut etiam animadvertunt, Bu- ratt. decis. 521. num. 7. Giurb. observat. centesima quarta, numero tertio, Leoncill. decis. Ferrar. 8. numero decimo sexto, Carol. Carul. in silv. term. arbit. 15. num. 96.

Jure Canonico inspecto controvertatur, num hæres sine inventario + ultra vires hære- ditarias erga creditores, & legatarios tene- tur circa quam controversiam negativam opi- nionem profitebantur, Anchar. consil. 411. sub nu. 7. vers. non obstat. Gratian. cons. 91. nu. 37. & seq. lib. 1. Sperell. decis. 135. num. 20. Ge- nuen. in præct. quest. 474. Graf. de effect. Cleri- cal. 2. num. 253. Joan. Franc. Andreol. contro- vers. 124. num. 9. & latè prosequitur, Olea de cess. jur. titul. 6. num. 10. & 11. ubi quod privi- legium huiusmodi transeat etiam in cessiona- rium, Joan. Carol. Antonell. de tempor. legal. li- bro 4. cap. 30. num. 18. Rot. decis. 72. à num. 40. ad 48. part. 2. divers. & in Urbevetana legati 14. Novembris 1580. coram Bubalo. Contraria ta- men opinio, quod nimirum etiam de Jure Ca- nonico hæres non conficiens Inventarium te- neatur ultra vires hereditatis defendunt cumu- lati hic num. 7. & per Rotam dicta decis. 72. à num. 49. part. 2. divers. Joan. Franc. Andreol. controvers. 101. num. 13. & in Biuntina census 24. Maii 1647. §. finali coram Eminensissimo Cor- rado, impressa apud Salgad. in Labyrinth. credit. decis. 17. num. 20.

Hanc tamen posteriorem sententiam commu- niter receptam, ut nimirum hæres sine inven- tario etiam de Jure Canonico ultra vires hære- Melius ad Castillum de Alimentis.

ditatis erga creditores, & legatarios teneatur post alios hic numero 9. singulariter limitat in foro conscientia, + in quo hæres, quantum- vis non beneficiatus, non obligatur, nisi prout vires hereditatis suppetunt: quam conclusio- nem exornat, Dian. parte prima, tractat. 10. resolut. 27. vers. cum igitur fol. 154. & resolut. 56. §. & eadem vers. secus autem fol. 452. cum ad- ductis per Nos, allegatione 89. numero sexto, lib. 3.

Animadvertendo tamen quod omisso In- ventarii ubi plures adint hæredes non facit ut quis teneatur ultra quantitatem & vires ipsius + quotæ, Rot. in Ariminen. pecuniaria, vi- gesimo secundo Junii millesimo-sexcentesimo qua- dragesimo sexto, §. sed non difficili Arguelles. It- tud tamen singulariter limitatur in causa + ali- mentorum, nam tunc uniusquisque ex pluribus hæredibus in solidum conveniri potest, Franc. decis. 203. num. 3. Perus. decis. 92. numer. 1. 14. & 15. Apicell. allegat. 9. num. 26. & 27. Jo- seph. de Mel. ad Gizzarell. decis. 50. numero 17. Vide in annot. ad cap. 6. Gratian. discept. 16. nu- mero 27. & seq. Mart. Medic. decis. 38. num. 2. & 3. Aliunde autem si status hereditatis con- cludenter probetur, omisso inventarii tunc non impedit, quominus hæres tutus reddatur, ne ultra vires hereditatis excuti + possit, ut latè prosequitur Auctor ex numero 12. & num. 51. quod maxime sibi locum vindicare diximus dicta allegat. 9. numero 5. ac per totam, libro 3. coram supremo Tribunali, & nunc addo Di- dac. de Mar. ad Gizzarell. decis. septuagesima- sexta, in annotat. in fine, Crauf. in silv. term. arb. 15. num. 98.

Quando hæres ultra obligationem quam ha- bet qua talis erga creditores, & legatarios de- functi novam assumit obligationem in solidum versus eosdem; non ideo beneficium Inven- tarii + amittit nec gravari potest, nisi pro re- levio bonorum inventarii, dum expressè ejus beneficio renunciet ex cumulatis per Authorem hic numero 50. quibus accedunt plures alii à nobis congesti allegan. 120. num. 2. & per to- tam: ubi etiam habetur decisio Rotæ per exten- sum libro tertio, Didac. de Mar. ad Gizzarel. decis. 76. in annotat. numero 5. ubi quod S. C. junctis omnibus aulis ita judicaverit, Sanfelice. decis. 212. per totam, Fontanell. decis. 491. nu- mero tertio, & sequentibus, Capyc. Latr. decis. 38. à numero 19. & decis. 115. num. 31. & 32. & decis. 148. num. 20. Hodiern. ad Sord. de- cis. 132. numero 1. & seq. & decis. 297. num. 3. & contrav. 31. num. 58. Anton. de Marin. reso- lut. 233. num. 13. & 14. lib. 2. Post. resolut. 25. num. 37. & seq. Rot. apud Pic. ad statum. urb. de- cis. 43. nu. 4. Duplicata apud Pacific. de Salvia. decis. 138. Calvin. de equit. cap. 55. per totum, Rot. decis. 700. part. 3. & d. decis. 135. nu. 13. & seq. part. 9. tom. 1. recent. & in Materaten. Salvia. 11. Martii 1647. §. fin. Corrado. Pignat. ad statum. Ferrar. rubr. 7. sub n. 25. vers. Est tamen. Moc. in silv. cas. for. cap. 47.

Satis autem obligatio per hæredem proprio nomine suscepta operari dicitur, dum hæres etiam beneficiatus sic promittens absque bono- rum inventarii discussione in persona + & bonis molestari potest pro concurrenti quantita- te, seu à valore bonorum inventarii: Gratian. disceptat. 553. numero trigesimo quarto, Franc. de- cis. 648. in fine. Rot. apud Pic. ad statum. rub. d. decis. 43.

decif. 43, nrm. 11, Rota d. decif. 135, numero 18, part. 9, tom. 1, recent. Calvin. de equitate cap. 55, numero 11.

Utplurimum tamen aduersus aditam sine inventario hæreditatem minori, Ecclesiæ, cæterisque privilegiatis in integrum restitutio conceditur, et quoties exinde resultaret læsio, quippe quia ultra vires hæreditarias gravarentur ex copiose examinatis hic per Authorem numer. 8, Joan. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 4, cap. 30, in fine, Joan. Franc. Andr. controuv. 124, numer. 10, et 11, quæ tamen restitutio concessa minori, et vel aliter privilegiato cohæredi privilegium non habenti non suffragaretur Cyriac. controuv. 294, nu. 12, Merend. controuv. 45, lib. 10, tom. 2, Coccin. decif. 229, num. 7, et sequentibus, Hodiern. ad Surd. decif. 216, num. 4, Caren. resolut. 32, sub nu. 1, vers. At consilium illud, Joan. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 2, cap. 59, num. 38, Jo. Franc. Andr. controuv. 101, n. 16.

Alteram verò opinionem, quod nimirum restitutio in integrum concessa minori suffragetur etiam maioribus et pro confectione inventarii amplectuntur, Paris. consil. 65, num. 55, et sequentibus, lib. 3, Odd. de restitut. in integrum, qu. 46, nu. 21, Schrad. consil. 26, n. 42, lib. 1, Afflic. decif. 213, in fine, Giurb. ad consuetud. Messan. tom. 1, gl. 9, cap. 5, nu. 7, in fine, Reufner. decif. 4, nu. 16, et sequentibus, lib. 2, Paschal. de patr. potest. part. 1, cap. 2, à num. 73, et articulo mature ad partes discussio comprobatur, Censal. ad Peregr. de fideicommiss. art. 35, versic. At ego fol. 225, Mangil. de imput. quæst. 131, num. 16, Merlin. de legitim. lib. 3, tit. 2, quæst. 24, num. 32, Ubi quod si unus ex hæredibus conficiat Inventarium, cesset necessitas Inventarii in cohæredem, quia ex Inventario factio in medietate vel alia quota hæreditatis innotescat quantitas honorum & expurgatur suspicio fraudis.

Quam ob rationem uti irrefragabilem hæc posterior opinio prævalere debet, ad effectum ut etiam majores fruantur privilegio minoris circa confectionem inventarii ex remedio restitutionis in integrum, inspecto maximè, quod post aditam hæreditatem ingens æs alienum detectum extitit, ex causa redditionis tutelæ per defunctum habitæ quod non subesse, vel saltem in parva quantitate credebatur, ubi unquam in quantitate per adultum præsentia ad centum mille libras, & ultra liquidaretur, atque etiam administrationis bonorum fratris in longe majori summa universum defuncti patrimonium excedente, quo quidem casu licet non desint, qui voluerint ob ingens et æs alienum post aditam hæreditatem majori restitutionem in integrum non competere, Cost. de fact. scient. et ignor. distinctione trigesima septima, numero duodecimo, Joan. Franc. Andr. controversia centesima prima, num. undecimo, et per totam, Gratian. disceptat. 797, numero vigesimo quinto, Merlin. de pignor. et hypothec. libro secundo, quæstione decima sexta, numero quadragesimo tertio.

E contra autem, quod detecto ingenti ære alieno superante vires hæreditatis etiam major aduersus aditam sine inventario hæreditatem restituitur * magis communiter recipitur. Odd. de restitut. in integrum quæstione octuagesima nona, articulo septimo, numero quinquagesimo tertio, Maurrit. in simili tractat. quæstione 130, in fine, Gratian. disceptat. 656, numero 11, et sequentibus, et dicta disceptat. 797, num. 19, et sequentibus,

Cavaler. decif. 471, numero 3, ubi tamen quod non possit retinere hæreditatem, sed illam dimittere teneatur, Magon. decif. Lucen. 77, numero 13, Thomaf. de tut. et curat. tit. 19, sub numero 4349, versic. et majorem etiam restitui aduersus aditam ob grande æs alienum, quod emerint. Censal. ad Peregr. de fideicommiss. art. 35, versic. ampliatur hæc fol. 227, Pignat. de statut. Ferrar. rubr. 7, numero trigesimo primo, ubi tamen rem indecisam relinquit, Capell. Tholosan. decisionem quinquagesima septima, num. 7, Marchesian. de Commiss. part. 2, §. 3, numero 154, folio 185, Oinot. §. extranei sub numero quinto, versiculo, vel etiam si majores sunt, et grande æs alienum latens ab adita hæreditate præter opinionem emerferit instituit. de hered. qualit. et disferent. Rot. in Romana seu Florentina restitutionis in integrum 10, Maii 1641, §. licet enim, et §. non aduersari. Ubi contrarium suadentes reprobatur, ac per totam coram Panzirolo, novissimè Castill. hic numero 52, vers. aut proponeretur.

CAPUT XXXI.

SUMMARIUM.

- 1 Gravari non potest qui non honoratur; Limita ut num. 2.
- 3 Testamenti nullitatem sciens si per triennium alimenta præstiterit in futurum præstare obstringitur. Schedula à Patre scripta, vel subscripta per duos testes notam habentes manum Testatoris probari debet num. 8. Schedula reperta in scrinio Testatoris perfectionem voluntatis induit num. 9.
- 4 Testamentum ex defectu solemnitatis in foro conscientie non obligat; Inter liberos sine solemnitatibus valet num. 5. et 6. Limita quoad extraneos num. 7. Inter liberos non sustinetur ad eorum gravamen num. 10. Declara ut numer. 11. Inter liberos ob inaequalitatem non valet sine solemnitatibus num. 12. Inter liberos ex modica inaequalitate non irritatur ob non adhibitam solemnitates num. 13.
- 14 Eligendi ad fideicommissum facultatem habens non potest eligere adjecto onere. Fallit ut num. 17. et numer. 18. Facultatem habens unum ex pluribus incertis nulla facta nominatione omnes equaliter succedunt num. 19. Facultas cessat si unus tantum supervit numero 20.
- 15 Onus grave est assumere insignia alterius, et dimittere propria. Leve reputatur assumendi nomen alterius agnationis, cum retentione propriae num. 16.

Regula hic præmittitur in princ. et n. 7. juxta quam gravamen non injungitur ei, et qui non fuit honoratus. Spad. cons. 158, n. 6, lib. 3, Merlin. Pignatell. controuv. cap. 7, nu. 9, centur. 2, Palm. cons. 62, n. 19, et 20, Jo. Franc. Andr. contr. 1, n. 34, Fontanell. decif. 467, nu. 13, Otthob. decif. 29, n. 38, alios cum alavi allegat. 63, n. 5, lib. 3, Ripol. var. resolut. 13, nu. 562, et seq. Altograd. cons. 82, num. 16, lib. 2.

Quæ quidem limitatur in relicto pro alimentis

2 mentis cum debeatur et etiamsi hæredi nihil fuerit relicto, quando pauperi alimenta relinquuntur, ut subjungit Auctor hic n. 2, et seq. Leoncill. de privileg. pauper. 202, num. 2, part. 2, Favore etiam alimentorum inducitur extitit, quod si quis sciens imperfectionem testamenti ex defectu solemnium alimenta per triennium præstiterit, in futurum et ea quoque præstare tenebitur, per textum in l. 1, Cod. de fideicommiss. Genueu. in prax. Eccles. tricen. 14, quæst. 391, num. 1, ubi id ad quæcunque legata pietatem præ se ferentia extendit, Ciardin. contr. 70, n. 9, in fine, latè Jo. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 2, qu. 43, nu. 19, et seq. Leoncill. de privileg. pauper. 117, n. 22, part. 2, latè Auctor cap. 39, ex num. 15.

Hinc oritur difficultas si deficiat solemnitas legis in testamento et num teneat ultima voluntas in foro conscientie, et illam subsistere comprobant, Dian. part. 5, resolut. 119, fol. 90, Magon. decif. Florent. 58, nu. 40, Menoch. conf. 167, n. 21, Manent. cons. 35, n. 15, Cyriac. controuv. 407, n. 131. Cæterum contrariam opinionem plures alii, et melius defendunt apud Ciardin. controuv. 33, n. 134, et seq. ubi satisfacit contrariis, Pasqualig. quæst. moral. 260, num. 2, cent. 3, Georg. Mund. cons. 16, num. 51, et 52, lib. 2.

Quæ tamen controversia in testamento inter liberos condito non militat, ex quo erectionem primogenituræ ordinatam ab avo favore nepotis et prævia institutione uxoris, et successivè filiarum in usufructu in schedula ejus propria manu subscripta validam censeri existimarem, ex quo versatur in Testamento inter liberos nullam solemnitatem juris requirente, Dian. resolut. 33, part. 7, fol. 128, Leoncill. decif. Ferrar. 71, num. 3, Buratt. decif. 475, nu. 1, et faciunt tradita per nos, allegat. 113, num. 13, et 14, lib. 3, ubi ampliatur etiam quoad legitimos, et naturales, Tondut. resolut. civil. 131, num. 1, part. 2, Joan. Anton. Bellon. cons. 37, num. 1, et per totum, Merlin. de legitim. lib. 5, tit. 2, qu. 3, nu. 3, Buratt. decif. 475, num. 1, Georg. Mund. cons. 21, num. 92, lib. 2, Rot. decif. 96, numer. 2, et decif. 177, num. 4, 6, et 19, part. 8, recent. Merlin. decif. 806, n. 1, et 2, et decif. 861, nu. 11, 12, et 13, Rot. decif. 108, nu. 2, et 13, part. 7, recent. Joan. Franc. Andr. controuv. 346, nu. 6, Spad. cons. 265, nu. 7, et seq. lib. 3, Bardell. cons. 72, nu. 8, Mixtura enim et nepotis substituit cum filiabus institutis non tollit quin testamentum dicatur inter liberos Alex. cons. 114, n. 9, lib. 7, Gratian. discept. 235, num. 16.

Quantum scilicet ad filias, et nepotem Testatoris, siquidem respectu uxoris pro legato usufructus et ei relicto testamentum hujusmodi per duos testes probari deberet qui viderint patrem scribere, Joan. Anton. Bellon. dicto consil. 37, sub num. 2, et per totum, Cyriac. controuv. 444, num. 90, Merlin. dicta decif. 861, num. 11, et 12, Gratian. discept. 235, nu. 21, et sequent. Antonin. de Amat. resolut. 90, num. 17, Tondut. dicta resolut. civil. 131, num. 5, et sequent. part. 2, ubi quod tota hæreditas accrescat filiis; Hæc tamen conclusio secundum opinionem Rotæ non militat, nam de stylo illius tribunalis sufficit recognoscitur schedulæ et per testes, notam habentes manum Testatoris, etiamsi non interfuerint confectioni schedulæ Testamenti, Cavaler. decif. 553, nu. 2, Buratt. d. decif. 475, nu. 6, et seq. Gratian. dicta discept. 235, num. 26, et 27.

Melius ad Castillum de Alimentis.

Nec quicquam facit quod Testator schedulam suæ ultimæ voluntatis Notario consignare neglexerit, ut de privata in publicam transiret, ex quo enim reperta apparet in ejus scrinio et arguitur fuisse Testatori summopere charam, quodque illius omnimodam exoptaverit effectuationem, Jas. consil. 61, in fine, lib. 1, Menoch. consil. 224, num. 67, et consil. 267, num. 7, et de præsumpt. 7, num. 5, lib. 4, Gratian. discept. forens. 235, n. 19, et in fortioribus terminis Rota in Romana hæreditatis 4, Maii 1657, §. conjectura verò coram R. P. D. Melio, et prius in Alaturia testamenti vigesimo sexto Februarii 1649, Verosipio.

Sicuti neque resistere videtur, quod superius dicta locum sibi vindicent quoties ex institutione filiorum et imperfecta, seu in solemnitate non resultaret favor filiorum, secus autem dum de eorum gravamine liquet ex substitutione primogeniti alterius ex filiabus ex cumulatis per Nos, allegat. 72, numer. 10, lib. 3, Objectum namque non applicatur, ex quo procederet, si filia et erga extraneum reperirentur gravata, non sic substitutione directa in descendentes Testatoris, Bart. in l. 2, num. 18, ff. de vulg. et pupill. Cur. jun. in l. hac consultissima 21, §. ex imperfecto, Cod. de testam. Clar. in §. testamentum, qu. 10, vers. Hinc infertur, Leoncill. decif. Ferrar. 145, sub nu. 4, vers. Et in specie. Intrig. de substit. q. 75, n. 1, et seq. cent. 1, et faciunt tradita per Nos, d. allegat. 72, n. 13, lib. 3. Nec ab ista conclusione tutum esset recedere, quicquid in oppositum excitaverint, Menoch. consil. 267, num. 13, et cons. 288, num. 38, Fufar. de substituit. quæst. 245, num. 57.

Tandem neque obstitit, quod ex validitate Testamenti magna inter ipsas sorores resultaret inæqualitas habita ratione, quod altera ex eis haberet usufructum dumtaxat ejus vita durante, altera verò usufructum vita ejus durante, qui favore et ejus primogeniti consolidaretur cum proprietate, quod casu ob inæqualitatem cessare privilegium Testamenti inter liberos animadvertunt, Gabr. de Testam. conclus. 6, n. 1, in fine, Socin. jun. consil. 147, num. 36, lib. 2, cum adductis per Merlin. de legitim. lib. 5, tit. 2, qu. 3, nu. 12. Contraria enim opinio, quod testamentum scilicet inter liberos inæqualiter institutos quantumvis in solemnem adhuc sustineatur, defendunt Ludovic. Bellon. consil. 33, num. 12, et sequent. Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib. 6, tit. 2, numer. 19, et sequentibus, Suld. cons. 29, num. 21, Simon. de interpretat. ultim. voluntat. num. 7, et sequentibus, fol. 245, Fufar. de substit. quæst. 572, Gratian. discept. 29, num. 19, Cabal. consil. 106, num. 34, Altograd. consil. 65, nu. 68, lib. 2. Præterquam quod filia potius equaliter instituta extiterunt, nec substitutio de primogenito alterius ab obitu et ambarum inæqualitatem parit, nisi modicam, quæ in præsentia materia non attenditur, Gratian. dicta discept. 219, num. 30, Caball. dicto cons. 106, numer. 35, lib. 2, Merlin. de legitim. lib. 5, tit. 2, quæst. 3, num. 13.

Ex dictis in principio hujus capituli infert Auctor nu. 8, quod habens facultatem eligendi aliquem ad majoratum, non possit illum gravare aliquo et onere, eâ ratione, quia non ab ipso eligente, sed à mandante electionem habere dicitur, Bardellon. cons. 191, n. 63, Cyriac. contr. 56, nu. 9, et contr. 207, et n. 34, et seq. et controuv. 545, num. 51,